

tractum matrimonii requisitum; ætas vero vel impotentia, quæ est in pueris ab usu rationis usque ad pubertatem dirimit, sed solo jure ecclesiastico, matrimonium; arg. c. 6. de Frig. et Malef. Pubertas autem duplex est; *legalis*, quam leges præsumendo statuerunt; estque in masculis annus ætatis decimus quartus c. 3. 10. 11. de despons. impub., in feminis duodecimus c. 6. et fin. eod.; tum *naturalis*, dum malitia supplere ætatem dicitur, h. e. si ante pubertatis legalis tempus, jam adsit aptitudo ad consummandum matrimonium. Sufficit ad valorem matrimonii pubertas naturalis, ut ex c. 3. 6. 9. et fin. eod. colligitur; et maxime si ætas legalis proxima fuerit, c. 6. et 11. ibid.

450. XV. *Raptus*. Est violenta abductio femine, aut etiam maris, de loco in locum matrimonii ineundi causa. Dirimit matrimonium, quamdiu durat vis et circumstantiæ raptus juxta Trid. Sess. 24. c. 6. de Reform. Dixi 1^o. *violenta abductio*; raptus enim non erit in ordine ad dirimendum matrimonium, si femina lubens ac volens abducatur, arg. c. penult. de Raptorib. tum enim adhuc stat integra libertas matrimonii; ob quam unice Trident. induxit hoc impedimentum. Dixi 2^o. *aut etiam maris*, si femina violente abducat virum, ut apud Fagnan. in c. *Ne innitaris* de Constit. volunt auctores communius contra Sanch. et alios. Et ratio est, quia Trid. statuendo impedimentum raptus, consulere voluit libertati matrimonii; sed hæc libertas æque tollitur, si femina violente abducat virum, quam si vir feminam. Deinde saltem in correlativis, et ubi est eadem ratio, sub sexu masculino etiam in jure, nisi specialis fiat exceptio, communiter venit femineus L. 1. 122. 195. ff. de V. S. Sed utr et femina in ordine ad matrimonium sunt correlativa; estque eadem ratio, nempe libertatis, nec specialiter hic excipitur femina; ergo. Dixi 3^o. *Matrimonii ineundi causa*; non enim hic raptus nomine venit, si qua abducatur violente solius exercendæ libidinis causa, vel spoliandi, etc. cum sic nondum lædatur libertas matrimonii, quam principaliter intendit Tridentinum. Igitur ut incuratur hoc impedimentum, non sufficit quæcumque violenta abductio; sed requiritur, ut fiat animo contrahendi matrimonium cum rapta, et ut hæc, quando contrahere matrimonium attentat, adhuc sit *in potestate raptoris*; licet rapta consentiret in matrimonium; si enim non consentiret, jam aliunde adhuc atque independenter a constitutione Tridentini nullum foret matrimonium.

O. A. M. D. G.

FINIS TOMI QUINTI ET ULTIMI

CONSPECTUS TOMI QUINTI

PARS POSTERIOR.

TRACTATUS DE SACRAMENTIS POENITENTIÆ ET EXTREMÆ UNCTIONIS.

DISPUTATIO I.

DE VIRTUTE POENITENTIÆ.

CAPUT I. — DE NATURA VIRTUTIS POENITENTIÆ.

	Pag.
ARTIC. I. — <i>An et qualis virtus sit poenitentia?</i>	3
Poenitentia est vera virtus distincta a virtutum omnium collectione, eaque non theologica, sed moralis.	4
ARTIC. II. — <i>De motivo formali virtutis poenitentiae.</i>	7
Motivum specificum et proprium poenitentiae virtutis peculiaris, est jus divinum quatenus ex speciali debito justitiæ servandum; prout autem exercet poenitentia peculiare munus detestandi peccata, proprium ejus munus est resarcire divinam justitiam	8
ARTIC. III. — <i>Quodnam sit objectum materiale virtutis poenitentiae?</i>	10
Objectum materiale poenitentiae virtutis proprie magis spectatæ est peccatum, mortale præsertim, a poenitente ipso ante commissum, prout detestandum ac destruendum.	10
ARTIC. IV. — <i>Utrum omne peccatum sit objectum virtutis poenitentiae?</i> . . .	13
Certum est, omnia peccata, etiam post baptismum commissa, utut multa sint aut atrocia, per veram poenitentiam expiari.	14

CAPUT II. — DE ACTIBUS ELICITIS POENITENTIÆ.

ARTIC. I. — <i>Quomodo detestatio sit actus poenitentiae aversativus?</i>	22
Detestatio peccati ex motivo alicujus virtutis et ipsiusmet etiam caritatis potest esse actus formaliter tantum aversativus, quin amorem formalem includat	23
ARTIC. II. — <i>Quomodo detestatio sit absoluta, efficax et universalis?</i>	24
I. — Detestatio, quæ respicit actum peccati præteritum, est voluntas efficax et absoluta ex parte subjecti, sub conditione afficiente objectum: ex parte autem peccati habitualis absoluta est et efficax utrinque. . . .	25
II. — Tametsi detestatio peccati esset particularis formaliter et in objecto materiali, si tamen ratio detestandi sit peccatis mortalibus omnibus com-	
v. p. 2.	38

	Pag.
inunis, detestatio erit universalis virtualiter, et absolute voluntatem avertet ab affectu omnis peccati mortalis.	25
ARTIC. III. — <i>An pœnitenti actus sit honestus?</i>	28
Actus pœnitentiæ tam elicited quam imperatus est honestus.	28
ARTIC. IV. — <i>Utrum actus pœnitenti sit supernaturalis?</i>	30
Actus christianæ pœnitentiæ hoc sensu est supernaturalis, quod sine speciali et supernaturali Dei gratia exerceri non possit.	30
CAPUT III. — DE CONTRITIONE.	
ARTIC. I. — <i>In quo consistat essentia contritionis perfectæ?</i>	33
Perfecta contritio, qua extra sacramentum justificamur, debet esse detestatio peccati ex motivo perfectæ caritatis, qua Deus super omnia amatur.	34
ARTIC. II. — <i>De quantitate contritionis.</i>	37
I. — Ad perfectam contritionem non requiritur certus modus aut gradus intentionis, sed sufficit detestatio peccati summa appetitiæ, ex caritatis motivo profecta.	38
II. — Detestatio peccati ex motivo caritatis concepta, ut sit contritio perfecta, nulla eget certa temporis duratione.	42
ARTIC. III. — <i>An ad contritionem perfectam statim remittantur peccata?</i>	45
Qualiscumque contritio, quæ propter Deum super omnia dilectum concipitur, continuo justificat pœnitentem, etiam ante usum sacramenti.	45
ARTIC. IV. — <i>Quomodo contritio peccatum expellat?</i>	49
I. — Peccatum lethale non expellitur formaliter per contritionem.	49
II. — Contritio non tantum est dispositio, sed etiam se habet ut causa moraliter efficiens remissionem peccatorum.	50
ARTIC. V. — <i>Quomodo peccata venialia per pœnitentiam tollantur?</i>	53
I. — Perfecta contritio sola ex opere operantis tollit omnia peccata venialia, ad quæ ex motivo suo saltem virtualiter extenditur.	53
II. — Peccata venialia ex opere operato absteruntur non tantum a sacramentis pœnitentiæ, baptismi et unctionis extremæ, sed etiam a quatuor reliquis, modo attritio aliqua non desit.	54
ARTIC. VI. — <i>Utrum merita peccato mortificata per pœnitentiam reviviscant?</i>	57
I. — Opera bona peccato mortificata, denuo per pœnitentiam reviviscunt.	58
II. — Merita mortificata reviviscunt ad totum præmium essenziale proprium, et consequenter ad totam gratiam sanctificantem et virtutes prius habitas: non vero ad accidentale tantum præmium, aut ad substantiale indistinctum realiter ab eo, quod debetur contritioni, qua homo a peccato resurgit.	61
ARTIC. — VII. <i>An peccata dimissa redeant subsequente peccato novo?</i>	64
I. — Nullum peccatum semel remissum novo peccato subsequente reviviscit, nec quoad maculam et offensam, neque quoad reatum pœne.	65
II. — Peccata dimissa quadruplici ex capite redire possunt, sed minus proprie.	65
CAPUT IV. — DE NECESSITATE PŒNITENTIÆ.	
ARTIC. I. — <i>Quam sit necessaria pœnitentia?</i>	69
I. — Per se loquendo actus formalis pœnitentiæ necessarius est ad remissionem peccati mortalis consequendam.	69

	Pag.
II. — Ad remissionem peccati pœnitentia virtualis per accidens sufficit.	70
ARTIC. II. — <i>Quandonam pœnitendum?</i>	73
I. — Fideles in articulo mortis tenentur ad perfectam contritionem saltem virtualem de suis peccatis, licet norint, se illa cum attritione modo confessos eisque absolutos fuisse, aut adhuc confessuros.	75
II. — Peccator gravi obligatur præcepto, ne pœnitentiam ad mortis articulum differat; quamvis hoc præceptum non videatur obligare, nisi ratione caritatis.	75
III. — Præceptum pœnitentiæ non statim ab admissio peccato obligat ad actum, etiamsi opportunitas sit continuo id præstandi.	76
ARTIC. III. — <i>De impœnitentiæ peccato.</i>	80
Impœnitentia, præsertim finalis, est speciale peccatum, idque unum ex gravissimis.	80

DISPUTATIO II.

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

Decretum Concilii Florentini de sacramento Pœnitentiæ pro Armenis.	83
Canones Concilii Tridentini de sacramento Pœnitentiæ.	83

CAPUT I. — DEMONSTRATUR VERITAS HUIUS SACRAMENTI.

ARTIC. I. — <i>An pœnitentia sit proprium novæ Legis sacramentum?</i>	86
Pœnitentia seu ritus ille, quo Christiani pœnitentes et peccata sacerdoti confitentes ab eodem absolvuntur, est verum ac proprium novæ Legis sacramentum.	87
ARTIC. II. — <i>An hoc sacramentum institutum sit per modum iudicii?</i>	95
Sacramentum pœnitentiæ a Christo proxime est institutum ad formam iudicii, quo nimirum fideles sacerdoti peccata sua aperiant, et ab eo sententiam excipiant.	96
ARTIC. III. — <i>Utrum pœnitentiæ sacramentum distinguatur a baptismo?</i>	103
Pœnitentia est sacramentum omnino distinctum a baptismo.	106
ARTIC. IV. — <i>Quibus partibus hoc sacramentum constet?</i>	109
I. — Pœnitentiæ sacramentum constat ex materia et forma tanquam ex partibus essentialibus.	110
II. — Partes materiales pœnitentiæ tres sunt, contritio, confessio, satisfactio.	110
III. — Actus quidam alii male ab hæreticis partes pœnitentiæ dicuntur.	111
ARTIC. V. — <i>Quam sit necessarium pœnitentiæ sacramentum?</i>	116
Sacramentum pœnitentiæ necessarium plane medium est ex Christi institutione ad veniam peccatorum lethalium post baptismum admissorum obtinendam.	116

CAPUT II. — DE FORMA SACRAMENTI PŒNITENTIÆ.

ARTIC. I. — <i>Quenam sit huius sacramenti forma?</i>	123
Forma huius sacramenti conveniens et sufficiens sunt verba ista formaliter sumpta: <i>Absolve te.</i>	123

	Pag.
ARTIC. II. — <i>An ad formam sacramenti pœnitentiæ sufficiant verba precatoria?</i>	126
Forma sacramenti pœnitentiæ non potest esse mere precatoria aut imprecatoria.	126
ARTIC. III. — <i>Quis sensus sit verborum formæ hujus sacramenti?</i>	132
I. — Sensus verborum absolutionis non est: Ego te ostendo, declaro a peccatis absolutum	133
II. — Neque sensus formæ absolutionis est: Absolvo te obligatione subjiciendi peccata clavibus.	133
III. — Neque etiam forma memorata habet hunc sensum: Absolvo te a pœna peccatis debita.	134
IV. — Verum sensum formæ hujus sacramenti nobis exposuit S. Thomas his verbis: <i>Absolvo te, id est, sacramentum absolutionis tibi impendo.</i>	134
ARTIC. IV. — <i>Utrum absolutio sine verbis dari possit?</i>	137
I. — Sacramenti hujus forma sufficiens verbis propriis ac voce humana est proferenda	137
II. — Sacerdos non potest absolvere nisi præsentem.	138
CAPUT III. — DE PRIMA PARTE MATERIALI PœNITENTIÆ SACRAMENTI, QUÆ EST CONTRITIO.	
ARTIC. I. — <i>Sitne dolor aliquis internus de essentia hujus sacramenti?</i>	141
Dolor aliquis internus atque supernaturalis omnino est de essentia pœnitentiæ sacramenti, etiam cum tantum venialia, aut mortalia olim jam absolutione remissa pro confessione exponuntur.	141
ARTIC. II. — <i>An contritio imperfecta sit actus bonus et honestus?</i>	143
I. — Attritio ex consideratione turpitudinis peccati concepta actus bonus est et honestus.	143
II. — Bona etiam et utilis est attritio concepta ex solo metu gehennæ et aliarum pœnarum a Deo infligendarum, h. e. qua quis Deum vindicem ita timet, ut solius pœnæ fugiendæ causa de peccatis admissis doleat, et imminetia aversetur.	143
ARTIC. III. — <i>An ad effectum sacramenti pœnitentiæ percipiendum necessario requiratur contritio perfecta?</i>	150
Ad pœnitentiæ sacramentum cum fructu percipiendum non opus est contritione perfecta, sed sufficit attritio sola, etiam cognita ut talis.	151
ARTIC. IV. — <i>Utrum attritio sine inchoata dilectione sufficienter peccatorem confitentem disponat ad gratiam absolutionis percipiendam?</i>	156
I. — Ut imperfecta contritio sit proxima dispositio ad gratiam absolutionis accipiendam, aliquam saltem inchoatam Dei dilectionem debet includere	157
II. — Amor ille initialis, quem attritio proxima ad gratiam sacramenti dispositio comprehendit, est actus spei, quo Deus diligitur tanquam nobis bonus	159
ARTIC. V. — <i>Quodnam propositum cum contritione ad pœnitentiæ sacramentum requiratur?</i>	166
Propositum formale, per se loquendo, necessarium est ad contritionem; per accidens tamen sufficit virtuale.	166
ARTIC. VI. — <i>An pœnitentiæ sacramentum informe esse possit defectu attritionis?</i>	168

	Pag.
Quando pœnitenti in dato casu deest universalis detestatio peccatorum mortalium, pœnitentiæ sacramentum simpliciter nullum est, adeoque informe dari nequit et verum ac validum.	169

CAPUT IV. — DE CONFESSIOE PARTE ALTERA SACRAMENTI PœNITENTIÆ.

ARTIC. I. — <i>De præcepto ecclesiastico confitendi.</i>	172
Lege ecclesiastica usus confessionis fidelibus certo tempore præcipitur.	172
ARTIC. II. — <i>De qualitate confessionis.</i>	175
I. — Ad confessionis sacramentalis essentiam non requiritur, ut sit secreta.	175
II. — Ad confessionis sacramentalis substantiam non pertinet, ut voce fiat.	175
III. — Confessio facta absenti per litteras aut signa alia valet, ita ut sacerdos teneatur talem præsentem, si aliter amplius confiteri nequeat, in mortis periculo absolvere.	176
IV. — Confessio non redditur invalida a vanæ gloriæ pruritu, aliòve ab affectu venialiter malo.	176
V. — Mendacium non reddit irritam confessionem, nisi quando ita materia confessionis fuerit peccatum mortale.	176
ARTIC. III. — <i>Quandonam sufficiat confessio integra formaliter tantum?</i>	179
Ab beneficium absolutionis obtinendum sufficit confessio formaliter tantum integra, quando obstat impotentia physica vel moralis, quo minus pœnitens confessionem materialiter integram præstet.	179
ARTIC. IV. — <i>Quas peccatorum circumstantias exponere in confessione teneamur?</i>	182
I. — Circumstantiæ, quæ speciem et numerum peccatorum immutant, in confessione aperiendæ sunt.	182
II. — Per se loquendo non est obligatio exponendi circumstantias peccatum in eadem specie insigniter aggravantes.	183
ARTIC. V. — <i>Quomodo peccata dubia ad confessionem pertineant?</i>	186
I. — Qui in dubio positivo probabiliter judicat, se non peccasse mortaliter, vel tale peccatum jam fuisse confessum, potest se iudicio isti conformare, ut non teneatur tale peccatum confiteri, licet in contrarium habeat conjecturas adhuc probabiles.	187
II. — Peccata mortalia de quibus negative dubitamus, necessario in confessione debent exponi.	187
ARTIC. VI. — <i>Quando confessio iteranda sit?</i>	191
I. — Qui sacramentum pœnitentiæ vere suscepit sine confessione materialiter integra, tenetur in proxima confessione repetere illa tantum peccata, quæ ex oblivione inculpata aliisque de causis legitime reticuit.	191
II. — Quando sacramentum confessionis quocumque ex defectu nullum fuerat, iteranda est confessio etiam materialiter antea integre facta.	191

CAPUT V. — DE SATISFACTIONE.

ARTIC. I. — <i>An cum culpa semper omnis pœna remittatur?</i>	194
Quando peccator Deo reconciliatur, non semper ei remittitur tota pœna temporalis	194
ARTIC. II. — <i>An pro pœna temporali satisfacere possimus?</i>	197
I. — Pœnæ aliquot temporales peccatis debita possunt satisfactione congrua a pœnitentibus redimi.	198

	Pag.
II. -- Etsi Deo ex rigore justitiæ satisfieri non possit, justi tamen per opera pia pro pœnis temporalibus veterum peccatorum condigne satisfaciunt.	199
ARTIC. III. -- <i>Conditiones ad satisfactionem extra sacramentum requisitæ.</i>	201
I. -- Ut opus pœnale sit condigne in actu secundo satisfactorium et temporalem pœnam certo tollat, requiritur acceptatio divina.	201
II. -- Ut condigne quis pro temporalibus pœnis satisfaciatur, opus est, eum adhuc esse viatorem et in Dei gratia.	201
III. -- Ad satisfactionem condignam non sufficit actionem esse liberam, honestam et supernaturalem, sed insuper requiritur, ut sit laboriosa.	202
ARTIC. IV. -- <i>De satisfactione injungenda in sacramento pœnitentiæ.</i>	203
Sacerdos, spectata gravitate peccatorum et facultate pœnitentium, tenetur pœnam peccatis proportionatam illis injungere.	203
ARTIC. V. -- <i>De satisfactione a confitentibus præstanda.</i>	206
I. -- Pœnitentes tenentur injunctam sibi a sacerdote satisfactionem accurate absolvere tempore et modo præscripto, nisi fuerit legitime dilata, mutata aut sublata.	206
II. -- Nullo Christi præcepto satisfactionis præstationem absolutioni sacerdotis præmittere jubemur.	208
ARTIC. VI. -- <i>De efficacia satisfactionis sacramentalis.</i>	211
I. -- Proprius et maxime indubitatus effectus ex opere operato satisfactionis est remissio alicujus pœnæ temporalis, præter illam quæ respondere posset ex opere seu merito operantis.	212
II. -- Sacramentalis satisfactio etiam post absolutionem peracta confert ex opere operato gratiam aliquam gratum facientem.	212
III. -- Satisfactio impleta in statu peccati non confert effectum pœnitenti, nisi remota fictione.	212

CAPUT VI. -- DE INDULGENTIIS.

ARTIC. I. -- <i>De suffragiis.</i>	215
Potest justus viator in alterum justum viatorem transferre satisfactiones suas, quæ hic a reatu pœnæ temporalis ex pacto divino condigne et secundum eam, quæ erga Deum esse potest, justitiam liberetur.	216
ARTIC. II. -- <i>Indulgentiarum veritas ostenditur.</i>	221
Datur in Ecclesia potestas concedendi indulgentias, quæ remittantur fidelibus pœnæ pro peccatis remissis debitæ apud Deum.	221
ARTIC. III. -- <i>Conditiones ad dandas et lucrandas indulgentias requisitæ.</i>	227
I. -- Indulgentiæ debent a legitimo dispensatore, justis de causis, et aliquo signo externo concedi: alioqui nullæ erunt.	227
II. -- Ut quis indulgentiam sibi lucretur, debet esse vivens, viator, rationis compos, baptizatus, in statu gratiæ, et opus injunctum omnino explevisse.	228
ARTIC. IV. <i>Varia divisiones indulgentiarum adducuntur.</i>	231
I. -- Indulgentiæ ratione subjecti, cui alligantur, aliæ sunt locales, aliæ reales, aliæ personales.	231
II. -- Ratione effectus dividuntur indulgentiæ in partiales et totales.	231

CAPUT VII. -- DE PœNITENTIA PUBLICA.

	Pag.
ARTIC. I. -- <i>Ritus et institutio pœnitentiæ publicæ.</i>	233
Institutio pœnitentiæ publicæ et solemnitas non est a Christo et Apostolis, sed est disciplina tantum ecclesiasticæ.	234
ARTIC. II. -- <i>Pro quibus peccatis pœnitentia publica dictabatur.</i>	235
Pro solis peccatis publicis, eisque gravissimis et scandalosis olim præcipiebatur pœnitentia publica.	235

CAPUT VIII. -- DE MINISTRO SACRAMENTI PœNITENTIÆ.

ARTIC. I. -- <i>Quenam potestas in ministro hujus sacramenti requiratur?</i>	240
I. -- Ut quis sit verus sacramenti hujus minister, simpliciter in eo requiritur potestas ordinis, seu ut sit sacerdos.	240
II. -- Ut quis sacramentum pœnitentiæ administrare possit, opus ei adhuc est jurisdictio.	241
ARTIC. II. -- <i>De necessitate approbationis ad sacramentum pœnitentiæ administrandum.</i>	244
Sacerdotibus omnibus beneficium curatum non habentibus adeo necessaria est ad excipiendas secularium confessiones approbatio Episcopi, ut sine hac nulla sit ipsorum absolutio	244
ARTIC. III. -- <i>De jurisdictione ministri hujus sacramenti.</i>	249
I. -- Quilibet Ordinarius communicare potest jurisdictionem suam ad excipiendum confessiones cuius sacerdoti approbato, ac superior quidem inconsulto etiam Ordinario immediato	249
II. -- Ad veram et validam sacramenti pœnitentiæ administrationem non sufficit futura Ordinarii ratihabitio, aut voluntas ejus præsumpta, aut jurisdictio delegata dubia vel probabilis.	250
III. -- Qui jurisdictionem delegavit, potest eandem, cum lubuerit, tollere, aut etiam superior ipsius: absolute tamen concessa cum legantis morte non expirat.	250
ARTIC. IV. -- <i>De absolutione a quibusdam peccatis reservatis.</i>	253
I. -- Recensentur qui extra mortis articulum absolvere a casibus reservatis directe possunt.	253
II. -- Extra mortis articulum non potest pœnitens habens casum reservatum, ne indirecte quidem absolvi a sacerdote non habente potestatem in peccata reservata	255
ARTIC. V. -- <i>Quibus absolutio danda sit aut neganda?</i>	257
I. -- Non licet ministro quemquam absolvere, quem non prudenter ac probabiliter judicat esse dispositum ad absolutionis sacramentum digne recipiendum.	257
II. -- Sacerdos non potest absolvere moribundum, qui nullo signo edito dolorem suum de peccatis vel ipse vel per alios sacerdoti testatus fuit, aut absolvi petit; licet de ejus recta fide et probitate vitæ constiterit	259
ARTIC. VI. -- <i>De sigillo sacræ confessionis.</i>	261
I. -- Minister pœnitentiæ sacramenti obligatione gravissima tenetur ad reticendum perpetuo ea omnia, quæ sibi pro confessione credita fuerunt a pœnitente.	261
II. -- Materia sigilli hujus non sunt tantum peccata pœnitentis, quamvis levissima, sed omnes etiam eorum circumstantiæ et adjuncta, ex quibus	

	Pag.
peccatum complicitis, item defectus, infirmitates, damna, detrimenta tam pœnitentis quam aliorum cognoscuntur per confessionem, quorum revelatio aut notitia ab ipso etiam confessario in usum deducta sacramentum pœnitentiæ possent reddere odiosum.	262

DISPUTATIO III.

DE SACRAMENTO UNCTIONIS EXTREMÆ.

Decretum Concilii Florentini de extrema Unctione pro Armenis.	271
Canones Concilii Tridentini de sacramento extremæ Unctionis.	271

CAPUT I. — DE EXISTENTIA, MATERIA ET FORMA SACRAMENTI EXTREMÆ UNCTIONIS.

ARTIC. I. — <i>Veritas sacramenti Unctionis extremæ</i>	272
Extrema Unctio est verum novæ Legis sacramentum	273
ARTIC. II. — <i>De materia et forma extremæ Unctionis</i>	276
I. — Materia proxima sacramenti Unctionis extremæ est inunctio ægroti.	276
II. — Materia remota hujus sacramenti est oleum olivarum, ab Episcopo benedictum	277
III. — Forma hujus sacramenti est precatio, quam sacerdos inungendo pronuntiat.	279

CAPUT II. — DE EFFECTIBUS ET MINISTRO EXTREMÆ UNCTIONIS.

ARTIC. I. — <i>De effectibus hujus sacramenti</i>	280
I. — Finis et effectus secundarius extremæ Unctionis est confortatio animi adversus difficultates in articulo mortis occurrentes.	280
II. — Finis et effectus secundarius extremæ Unctionis est, per se proxime disponere animam ad introitum gloriæ.	281
III. — Extrema Unctio aliquando sanitatem corporis virtute sua confert.	282
ARTIC. II. <i>Minister extremæ Unctionis</i>	287
I. — Soli Sacerdotes sunt ministri idonei extremæ Unctionis.	287
II. — Quamvis sacramentum istud a presbyteris pluribus aut Episcopis administrari possit; ad ejus veritatem tamen vel unicus eorum sufficiet.	287
ARTIC. III. — <i>Quedam proprietates et affectiones sacramenti extremæ Unctionis</i>	290
I. — Extremæ Unctionis sacramentum ministrari debet solis infirmis adultis periculose ægotantibus	290
II. — Ægroti periculose decumbentes ad sacram Unctionem percipiendam non tenentur præcepto divino.	290
III. — Sacramentum extremæ Unctionis iterari potest.	291
IV. — Olim extremæ Unctionis sacramentum ante sacram Eucharistiam ægrotis ministrabatur.	291

TRACTATUS DE ORDINE ET MATRIMONIO.

PROEVIUM.	Pag. 295
-------------------	----------

DISSERTATIO I.

DE EXISTENTIA SACRAMENTIS ORDINIS.

Decretum Concilii Florentini de sacramento ordinis pro Armenis	300
Canones Concilii Tridentini de sacramento ordinis.	300

CAPUT I. — DE ORDINE SACRO HIERARCHICO MINISTRORUM ECCLESIE A LAICO STATU PENITUS DISTINCTO.

ARTIC. I. — <i>Utrum ministri Ecclesiæ recte appellentur clerici, et aliquod clericorum a laicis discrimen semper fuerit in Ecclesia, etiam primis duobus seculis?</i>	302
I — Ministri Ecclesiæ recte appellantur clerici.	303
II. — Jam a prima Ecclesiæ origine, adeoque ante Tertulliani ævum, clericos inter et laicos discrimen fuit.	303
ARTIC. II. — <i>An ordo hierarchicus ministrorum Ecclesiæ sit jure divino, ex institutione Christi, a laicorum statu distinctus?</i>	312
Ordo hierarchicus ministrorum Ecclesiæ jure divino, ex prima institutione Christi, a laicorum statu distinctus est.	312
ARTIC. III. — <i>Ad quem pertineat jus instituendi ministros Ecclesiæ?</i>	324
I. — Electio ministrorum Ecclesiæ non fit a solo Deo	325
II. — Jus eligendi tam summum Pontificem, quam cæteros Ecclesiæ pastores et ministros, neque populo, neque principibus jure divino convenit; sed si quid ea in re potuerint aliquando, vel possint adhucdum, id vel ex conniventia, vel concessione Ecclesiæ aut Pontificum ortum.	326

CAPUT II. — DE SACRAMENTO ORDINIS.

ARTIC. I. — <i>Ordinem sacramentum esse demonstratur</i>	333
Ordo est vere ac proprie novæ Legis sacramentum.	337
ARTIC. II. — <i>De ordinum ecclesiasticorum numero pertractatur</i>	337
I. — Septem ab initio ad hæc usque tempora apud Latinos obtinuerunt ordines, nempe Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii.	337
II. — Septem pariter in antiqua saltem Græcorum Ecclesia ordines fuere.	338
ARTIC. III. — <i>De quatuor ordinibus minoribus</i>	342
I. — Probabilis est sententia negans quatuor minores ordines esse sacramenta.	343
II. — Probabilior videtur sententia affirmans	344
ARTIC. IV. <i>De Subdiaconatu</i>	347
I. — Verosimilius est, subdiaconatum semper in Ecclesia Dei fuisse ordinem sacrum, quatenus hic spiritualem tribuit potestatem, in sacrificio altaris propius inserviendi	347